Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



119.

Ihres Moriz mit seinen Gesellen verehret worden. -- Jedoch nur an dem einzigen kaum 3 Schuh hohen alten Kirchen-Fenster kan man 2 Heil. Bischöffe ersehen, so entweders die 2 ersten Patronen, oder wenigstens St. Valentin und Corbinian vorstellen müssen.

106) Aribo in vita c. 21; ubi locus dicitur Chorzes, hodie autem Corsch; pagus est in valle Venustica valde amplus, septem leucis a Magis distans.

107) Paulus Diaconus l. 6; c. 58: Lindprandus initio regni sui Bojoariorum plurima castra cepit. Addit Aschinus sec. VIII. 85: e quorum numero a viris eruditis fuisse censentur viginti a Italiæ Bauzanum, Magis, Teriolis, Sabiona etc. Initium regni non adeo stricte intelligendum videtur, sed pro primis saltem XIII annis: qui respectu XXXI annorum, quibus regnavit Liutprandus, initium utique dici possunt. Sed quanam Liutprando tanti belli causa? Guntrudam Theodoberti filiam, Liutprandi uxorem duxerat, ejusque nomine, partem hereditatis a Theodoberto relictæ prætendebat; quam cum ultro non acciperet, armis acquisivit. Id quod longe certius esse judico, quam quod Aventinus et cum eo nonnulli de Landfrido, Waldramo et Liliando quasi Theodoberti senioris filiis, absque idoneo teste, asserunt; eorum nempe juvandorum causa contra Grimoaldum bellum fuisse susceptum.

108) Aribo in vita c. 22, et 25, et 26; ubi: Episcopus autem sumto secum Clero locum amisit, ad Ragensem castrum pervenit. Per quendam ex suis Principi demandavit, quod sub omni celeritate ipsa maligna mulier, in foveam, quam ipsa paraverat, corruere debuisset, et ipse sic vitam finire.

109) Aribo c. 27: Grimoaldus ab insidiatoribus interfectus est. Occasionem hujus belli refert Aventinus l. 3: Plectrudis viduæ Pipini in Bojoariam, unde oriunda erat, confugerat, Bojosque contra Carolum Martellum privignum suum in arma concitabat. Grimoaldus eo tumultu occisus est. | Bellum id [illegible] turbe ista brevi perduxerunt. Nam Annales Tiliani apud d'Achery tom. III. Anno DCCXXV. Karolus primum progressus Bajoariam Tassilonem Odilonis ducis filium, qui sibi contra Pippinum ad Rhenum se opposuerat, Carolus, inquit, cum exercitu agminum multitudine -- fines Bajoariorum ingressus occupavit. Subacta regione illa thesauris multis cum matrona quadam nomine Pilitrude et nepte sua Sonichilde egreditur.

110) Aribo c. 28.

L Gulos Rat. l. 6. scribit, Plectrudem Leutfridum Alamannie Ducem noluisse parere Carolo Martello, eo quod is filius Pipini foret non legitimus hæres esset; idem exemplum fecisse Grimoaldum Bojarie Ducem: hinc Carolum anno DCCXXV vel DCCXXVII Alemanniam Sueviamque ingressum: fluchtiget unsern Herzogen Luitfriden, mit seinem ganzen Heer, bey dem wald Feldkirch gegangen. Dises treffen hat auff beyden seiten viel Leuth kostet: doch seind der Schwaben mehr, dann der Francken drauff gangen: da neben andern auch Luitfrieden seiten tod bliben seyn sollen, Leupold ein Graf von Achalmen, und andere stattliche vom Adel, als von Hirzeck von Andechs, von Bregenz, von Dillingen, von Heiligenberg, von Waldburg, und von Kinzigeck, etc.

L Gregorii Tur. c. 108,